

bet cum aquæ humiditate & ignis caliditate, atque ob id sit amicitia generans. Inspicite omnes fructus, qui ex tenui vapore aëreo fiunt, eò quòd Solis calore ex aëre & vita monstratur; & hoc ex Dei ordinatione.

## S E N T E N T I A I.

Y S I N D R Y s. Magnifico aërea, eò quòd ipsum opus aëre emendatur. Cùm inspissatur, rarescit, cùm calefcit, frigescit. Eius autem spissitudo fit, quando in cœlo disiungitur propter Solis elongationem. Eius verò raritas fit, quando exaltato Sole tabescit aér & clarescit. Similiter fit in Veris complexione, in temporis nec calidi nec frigidí distinctionem. Nam secundum alterationem dispositionis constitutæ, ad disiunctiones anni alterandas, hyems alteratur: aér igitur inspissatur tūm cùm Sol ab eo prolongatur. Aëre verò rarescente, propè fit Sol, quo propinquo, calor peruenit hominibus.

## S E N T E N T I A III.

ANAXAGORAS. Dico quòd principium omnium quæ Deus creauit, est pietas & ratio: eò quòd in creatione apparuit pietas, & spissum terræ ratione sperata: pietas autem non videtur nisi in corpore. Proinde sci-  
tote Sapientum turba, quòd spissitudo omnium qua-  
tuor in terra quiescit: eò quòd ignis spissum in aëra ca-  
dit; aëris verò spissum, & quòd ex igne spisso congre-  
gatur, in aqua incidit. Aquæ verò spissum, & quod ex  
ignis & aëris spisso coadunatur, in terra quiescit. Nón-  
ne videtis quòd istorum quatuor spissitudo in terra  
coniuncta est? Ipsa igitur terra omnibus est spissior. ad  
hæc Turba: Verum dixisti, terra certè est omnibus spis-  
sior. Quod verò istorum est rarius & dignius? respon-  
dit, Ignis est rarius in his quatuor, & ad eum peruenit  
rarum istorum quatuor. Aér verò est minus rarus igne.  
Nam calidus est & humidus, ignis verò calidus & sic-  
cus. Calidum namque & siccum est rarius calido &  
humido. Dicunt enim sapientes, quòd minoris rarita-  
tis sit ignis aëre, & terra minoris raritatis aqua, eò qđ  
frigida & siccata. Et quemadmodum siccum calidum est  
rarius humido calido, ita siccum frigidum est minoris  
raritatis frigido humido.

SEN-